

36. An adsint Missionarii Regulares, quot, cujus Ordinis, et cujus Regionis ?

37. An cuilibet Ordini sint assignati certi districtus ; et qua auctoritate ?

38. Ubi resideant, quibus Superioribus subsint, et quot habeant domos ?

39. An habeant Conventus formatos, vel dumtaxat Hospitia ; et in iis servetur Clausura ?

40. An in communi vivant, et cum regulari observantia, vel habitent soli, et in domibus privatis cum saecularibus : et praecipue cum mulieribus ?

41. In quo habitu incedant ?

42. An admittant ad habitum et professionem sui Ordinis indigenas, et qua auctoritate ?

43. An Regulares habeant facultates speciales, et an eas exhibeant Episcopo, antequam exerceant ?

44. In quibus dependeant ab Episcopis ?

45. Quibus mediis sustententur : an aliquid pro Sacramentorum administratione percipiant, et quae sit illorum fama ?

46. An, et in quibus utile opus praestent pro salute animarum, et pro incremento Religionis ?

47. An sit aliquis Monialium Conventus ; cujus Instituti qua auctoritate fundatus ; et cujus curae et ministerio subsit ?

48. An ibidem observetur vita communis, et an Moniales obstringantur Votis Solemnibus Paupertatis, Castitatis, Obedientiae, et Clausura ?

49. An sint in Dioecesi piae aliquae Foundationes, seu Legat. Pia ?

50. An redditus pro hujusmodi Legatis rite administrentur et Canones ea de re serventur ?

51. Enumerentur omnes abusus, qui forte irrepserunt etiam